Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



184

Sophonias

extra me nō est alia amplius
Quomō facta est in desertū in
bestie bestie · omnib⁹ qui trans-
ierint p eam sibilabit: et movebit ma-
nū suam suam:

Et provocatrix et redempta
ciuitas columba nō au-
dīuit vocem et nō sus-
cepit disciplinā: in deo nō est
confisa: ad deū suū nō appro-
uit: principes eius in medio eius
quasi leones rugientes iudices
eius lupi vespere nō relinquen-
tes in mane: prophete eius ve-
sani: viri infideles. Sacerdotes eius
polluerunt sanctū: iniuste egerunt
contra legem. Dominus iustus in medio
eius: nō faciet iniquitatē mane
mane iudicium suū dabit in
lucē: et nō abscondet. Nescivit
autē iniquus confusionē. Disper-
di sunt gentes: et dissipata sunt an-
guli earū. Desertas feci vias
earū: ne nō est qui trānseat. De-
solate sunt ciuitates earū: nō
remanebit vir nec vllus habi-
tatore. Dixi. Attamen timebis
me: suscipies disciplinā. et nō
perībit habitaculū eius: propter
omnia in quibus visitaui eā. Ve-
rūtamen diluculo surgentes corru-
perunt omnes cogitationes suas.
Exspectā me dicit dō-
minus in die resurrectionis mee in
futurum: quia iudicium meum ut
congregem gentes et colligam
regna. et effundam sup eos indi-
gnationem meam: omnem iram fu-
roris mei. In igne enim zeli mei
devorabitur omnis terra. Quia
tunc reddam populis labium electum
ut invocent omnes in nomine dñi: et
seruiant ei humero uno. Vltra flu-
mina ethiopie. inde supplices
mei: filij dispersorū meorū de-
ferent munus mihi. In die il-
la nō confundēris super cunctis ad-
inventionibus tuis: quibus prevari-
cata es in me. Quia tunc auferā
de medio tui magniloquos superbie tue et nō adicies exaltari
amplius in monte sancto meo. Et de-
relinquam in medio tui populum pau-
perē et egenū: et sperabit in
nomine dñi. Reliquie israhel nō
facient iniquitatē nec loquen-
mendacium: et nō inveniet in
ore eorū lingua dolosa. Quoniam
ipsi pascent et accubabunt: et nō
erit qui exterreat. Lauda filia
syon: iubilato israhel. Letare et
exulta israhel in omni corde filia hie-
rusalē. Abstulit dñs iudicium tu-
um: avertit inimicos tuos. Rex
israhel dñs in medio tui: non
timebis malum ultra. In die illa dicetur hie-
rusalē. Noli timere syon: nec dis-
solvantur manus tue. Dominus deus
tuus in medio tui fortis ipse
salvabit. Gaudebit super te in le
titia: silebit in dilectione tua: et
exultabit super te in laude. Con-
gregabo qui a lege recesserant con-
gregabo: quia ex te erant: ut ne
ultra habeas super eos obprobrium.
Ecce ego interficiam omnes
qui afflixerunt te in tempore illo:
et salvabo claudicantē. et eam
que ejecta fuerat congregabo
et ponā eos in laude et in no-
mine in omni terra confusionis eorū
in tempore illo quo adducam vos:
et in tempore quo congregabo vos
Dabo enim vos in nomine et in
laude omnibus populis terre.